

8171.

1370 augusti 12.

Montefiascone.

Påven Urban V befriar alla botgörare från ett års och 40 dagars ålagd botgöring, om de lämnar bidrag till ett nunnekloster av augustinorden i Vadstena by, vilket kloster efter kanoniskt beslut inrättats för sextio nunnor eller systrar av den välborna kvinnan Birgitta från Linköpings stift, änka efter framlidne riddaren Ulf (Gudmarsson) till Ulvåsa. (Fru) Birgitta har själv grundlagt och låtit påbörja det kostsamma klosterbygget och föresatt sig att fullborda det. Till detta ändamål anbefalles särskilt de troendes allmosor. Avlaten skall gälla under en tioårsperiod, och det insamlade får inte sändas med allmoseinsamlare.

Reg. Auin. 171, fol. 512r, Vatikanarkivet.

Förtecknat – under rubriken "Vniuersis ad fabricam cuiusdam monasterij monialium ordinis sancti Augustini in oppido Vadsteden Lincopensis diocesis de nouo fundati / manus porrigentibus indulgencie largiuntur" –, Reg. Auin. 169, fol. 46r, Vatikanarkivet.

Formulär i M. Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen von 1200–1500 (1894, nytryck 1959), s. 331–332, nr CXXXVII. Samma formulär används även i brev 1353 11/11 (DS nr 5449).

Om brevet se T. Höjer, Studier i Vadstena klostret och birgittinordens historia intill midten af 1400-talet (1905), s. 65; om de generösa indulgensprivilegier som beviljades Vadstena, se a.a., s. 97 ff.

Se Urban V:s bulla ang. klostergrundandet i nummer 8167 ovan.

Uniuersis *Christi* fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Ecclesiarum et monasteriorum fabricis manum porrigere adiutricem pium apud Deum et meritorium reputantes frequenter *Christi* fideles ad impendendum ecclesijs et monasterijs ipsis auxilium nostris litteris exhortamur et, ut ad id [eo]<sup>a</sup> fortius animentur, quo magis ex hoc animarum commodum se sperauerint · adipisci, nonnumquam pro hijs temporalibus suffragijs spiritualia eis munera, videlicet remissiones et indulgencias, elargimur. Cum itaque, sicut accepimus, dilecta in Christo filia nobilis mulier Brigitta relicta quondam Vlphonis de Vlphasom militis, uidua Lincopensis diocesis, in oppido Vadsteden<sup>b</sup> dicte diocesis quoddam monasterium monialium<sup>c</sup> ordinis sancti Augustini canonice fundauerit<sup>d</sup> ac pro sexaginta monialibus seu sororibus dicti ordinis de bonis propriis sufficienter dotauerit illudque edificari<sup>e</sup> facere inceperit opere non modicum sumptuoso ac opus ipsum ad effectum prospere consummacionis deducere proponat, ad quod fidelium elimosine sunt plurimum oportune, vniuersitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attente uobis nichilominus in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus de bonis <sup>f</sup>uobis a Deo<sup>f</sup> collatis ad consummacionem operis huiusmodi pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subuencionem uestram huiusmodi opus ipsum ualeat feliciter consummari uosque<sup>g</sup> per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui manus ad hoc<sup>h</sup> porrexerint adiutrices vnum annum et xl dies de iniunctis eis penitencijs misericorditer relaxamus, presentibus post decennium minime valituris; quas mitti per questuarios districtius inhibemus eas, si secus actum fuerit, carere iuribus decernentes. Datum apud Montemflasconem ij jdus augusti anno viij<sup>o</sup>.

<sup>a</sup> Saknas ms, men jfr DS nr 5449 och formuläret i Tangl ovan a.a. <sup>b</sup> Så ms (samma form används i förteckningen Reg. Auin. 169, fol. 46r); troligen beror formen på att man missuppfattat den förkortade formen Vadsteden. <sup>c</sup> Härefter överstruket ordin(i)s ms. <sup>d</sup> fundauerint ms. <sup>e</sup> Rättat från edificari; härefter följer överstruket inceperit ms. <sup>f-f</sup> Rättat från a Deo vobis ms. <sup>g</sup> Särskrivet uos que ms. <sup>h</sup> Härefter överstruket per ms.